BREVIARIUM DIOECESIS STRIGONIENSIS
Gran, um 1423/1439 Seite 74r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

doloriz meū anteqũ uadā
t nō reuertar ad terram tenebrosam · t opertam mortis ca
ligine Terram miserie t tenebrarū · ubi umbra mortis
· t nullus ordo · sed sempiternus horror inhabitat Bū
Loquar in angustia spiritus mei
loquar in amaritudine anime
mee dicam deo noli me condempnare
Qui quasi putredo cōsumendus sum t quasi uestimentū quod comedit a tinea Noli
Memento quia ut lutum fecisti me et
redes me in puluerem Nonne sicut lac mulsisti me
et sicut caseum me coagulasti Pelle et carnibus uestisti me
ossibus et nervis compegisti me Vitam et misericordiam tribuisti mihi
et visitatio tua custodiet spiritum meum Hec
tamen abscondisti in corde tuo scio quia omnia
memor eris peccati mei Si peccauero non
parcis mihi et ab iniquitate mea non
mundabis me Si ego impius fuero
non mihi erit uae Si iustus fuero non
leuabo caput meum Plenus sum
ignominia et uide afflictionem meam
Si enim ad altitudinem ascendero quasi
leo eris mihi mirabilis Renouas testes
tuos contra me et multiplicas iram tuam
mecum Pertransibunt mutationes
et militia tecum Quare de uulua eduxisti me
Quis dabit ut consumar et
non oculus me videat Fiam quasi non
sim sed de utero transferar in tumulum
Nonne paucitas dierum meorum finis
cessabit et dimittet me ut ploratum
paululum antequam uadam
et non redeam ad terram tenebrosam
et operta mortis caligine terram miserie et tenebrarum ubi umbra mortis
et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat

Miserere mihi domine quia infirmus sum
sana me domine quia conturbata sunt
ossa mea et anima mea turbata est ualde sed tu domine
usque quo
Conuertere domine et eripe animam meam
saluum fac me propter misericordiam tuam
Quoniam non est in morte qui memor sit tui
in inferno autem quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas
noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo
Turbatus est a furore oculus meus inuetratus
est inter omnes inimicos meos
Discedite a me omnes operantes iniquitatem
quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei
Exaudiuit dominus deprecationem meam
dominus orationem meam suscepit
Erubescant et conturbentur omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ualde uelocissime
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio et nunc et semper et in
secula seculorum Amen

Ecce nunc benedicite dominum omnes
serui domini qui statis in domo domini
in atriis domus dei nostri In noctibus extollite manus
vestras in sancta et benedicite dominum
Benedicat te dominus de sancto Sion
qui fecit caelum et terram